



Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

20 | 00

Tijdvak 1
Maandag 22 mei
9.00 – 12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1 De voorspelbaarheid van de toekomst

1 Potestne igitur earum rerum, quae nihil habent rationis, quare futurae sint, esse ulla
2 praesensio? Quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cum sic
3 aliquid cecidit, sic evenit, ut vel aliter cadere atque evenire potuerit? Quo modo ergo id,
4 quod temere fit caeco casu et volubilitate fortunae, praesentiri et praedici potest?

5 Medicus morbum ingravescentem ratione providet, insidias imperator, tempestates
6 gubernator; et tamen ii ipsi saepe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur; ut
7 agricola, cum florem oleae videt, bacam quoque se visurum putat, non sine ratione ille
8 quidem; sed non numquam tamen fallitur. Quodsi falluntur ii, qui nihil sine aliqua
9 probabili coniectura ac ratione dicunt, quid existimandum est de coniectura eorum, qui
10 extis aut avibus aut ostentis aut oraculis aut somniis futura praesentiunt? Nondum dico,
11 quam haec signa nulla sint, fissum iecoris, corvi cantus, volatus aquilae, stellae traectio,
12 voces furentium, sortes, somnia; de quibus singulis dicam suo loco; nunc de universis.

13 Qui potest provideri quicquam futurum esse, quod neque causam habet ullam neque
14 notam, cur futurum sit? Solis defectiones itemque lunae praedicuntur in multos annos ab
15 iis, qui siderum motus numeris persequuntur; ea praedicunt enim, quae naturae necessitas
16 perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunae, quando illa e regione solis facta
17 incurrat in umbram terrae, quae est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit, quandoque
18 eadem luna subiecta atque opposita soli nostris oculis eius lumen obscurat, quo in signo
19 quaeque errantium stellarum quoque tempore futura sit, qui exortus quoque die signi
20 alicuius aut qui occasus futurus sit. Haec qui ante dicunt, quam rationem sequantur, vides.

21 Qui thesaurum inventum iri aut hereditatem venturam dicunt, quid sequuntur? Aut
22 in qua rerum natura inest id futurum? Quodsi haec eaque, quae sunt eiusdem generis,
23 habent aliquam talem necessitatem, quid est tandem, quod casu fieri aut forte fortuna
24 putemus? Nihil enim est tam contrarium rationi et constantiae quam fortuna, ut mihi ne
25 in deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu et fortuito futurum sit. Si enim scit,
26 certe illud eveniet; sin certe eveniet, nulla fortuna est; est autem fortuna; rerum igitur
27 fortuitarum nulla praesensio est.

28 Aut si negas esse fortunam et omnia, quae fiunt quaeque futura sunt, ex omni
29 aeternitate definita dicis esse fataliter, muta definitionem divinationis, quam dicebas
30 praesensionem esse rerum fortuitarum. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil
31 evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum rato tempore, quae
32 potest esse fortuna? Qua sublata qui locus est divinationi? Quae a te fortuitarum rerum
33 est dicta praesensio. Quamquam dicebas omnia, quae fierent futurave essent, fato
34 contineri. Anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos
35 de isto fato multa dicuntur; de quo alias; nunc quod necesse est.

Cicero, De Divinatione II, 15–19

Tekst 2 Het logische godsbewijs

1 Chrysippus quidem, quamquam est acerrimo ingenio, tamen ea dicit ut ab ipsa
2 natura didicisse, non ut ipse repperisse videatur. “Si enim” inquit “est aliquid in rerum
3 natura quod hominis mens quod ratio quod vis quod potestas humana efficere non possit,
4 est certe id quod illud efficit homine melius; atqui res caelestes omnesque eae quarum est
5 ordo sempiternus ab homine confici non possunt; est igitur id quo illa conficiuntur
6 homine melius. Id autem quid potius dixeris quam deum? Etenim si di non sunt, quid esse
7 potest in rerum natura homine melius? In eo enim solo est ratio, qua nihil potest esse
8 praestantius; esse autem hominem qui nihil in omni mundo melius esse quam se putet
9 desipientis arrogantiae est; ergo est aliquid melius. Est igitur profecto deus.” An vero, si
10 domum magnam pulchramque videris, non possis adduci ut, etiamsi dominum non videas,
11 muribus illam et mustelis aedificatam putes: tantum ergo ornatum mundi, tantam varietatem
12 pulchritudinemque rerum caelestium, tantam vim et magnitudinem maris atque
13 terrarum si tuum ac non deorum immortalium domicilium putes, nonne plane desipere
14 videare?

Cicero, De natura deorum II, 16–17

Tekst 3

In zijn inleiding op *De natura deorum* schrijft Cicero:

1 Ik constateer dat er veel gepraat wordt over de vele boeken die ik in korte tijd heb
2 geschreven, en dat de reacties uiteenlopen. Sommigen vragen zich af vanwaar ik plotseling
3 zo'n interesse in filosoferen heb gekregen, anderen willen graag weten welk standpunt ik
4 zelf in afzonderlijke kwesties inneem. Velen, zo heb ik gemerkt, verbazen zich erover dat
5 mijn voorkeur juist uitgaat naar een filosofie die het licht van de dingen wegneemt en ze
6 als het ware in duisternis hult, en dat ik het tegen alle verwachting in heb opgenomen
7 voor een denkrichting die al lange tijd geen aanhangers meer kent en opgegeven is.”

Cicero, De natura deorum I, 6
Vertaling V. Hunink

Tekst 4

In zijn bundel “Ideën” schrijft Multatuli het volgende:

Zie eens, mijn zoon, hoe wys de Voorzienigheid alles gemaakt heeft. De vogel legt zyn eieren in deszelfs nest. De jongen zullen uitkomen tegen de tyd dat er wormpjes en vliegjes zyn om dezelve te voeden. Dan zingen zy een loflied ter ere van de Schepper die Deszelfs schepselen overlaadt met weldaden...

– Zingen die wurmen mee, papa?

Het vragend zoontje wacht nog altyd op antwoord.

Tekst 5

Een Perzisch Edelman:

Vanmorgen ijlt mijn tuinman, wit van schrik,
Mijn woning in: “Heer, Heer, één ogenblik!

Ginds, in de rooshof, snoeide ik loot na loot,
Toen keek ik achter mij. Daar stond de Dood.

Ik schrok, en haastte mij langs de andere kant,
Maar zag nog juist de dreiging van zijn hand.

Meester, uw paard, en laat mij spoorlags gaan.
Voor de avond nog bereik ik Ispahaan!”

Van middag (lang reeds was hij heengespoed)
Had ik in ’t cederpark de Dood ontmoet.

“Waarom,” zo vraag ik, want hij wacht en zwijgt,
“Hebt gij van morgen vroeg mijn knecht bedreigd?”

Glimlachend antwoordt hij: “Geen dreiging was ’t,
Waarvoor uw tuinman vlood. Ik was verrast,

Toen ’k ’s morgens hier nog stil aan ’t werk zag staan,
Die ’k ’s avonds halen moest in Ispahaan.”

P.N. van Eyck
De tuinman en de dood

Tekst 6

In het voorafgaande zijn argumenten aangevoerd waarom aan het bestaan van de voorspellingskunst niet getwijfeld kan worden. Eén daarvan was dat mensen in hun slaap en met name bij nadering van de dood voorspellende dromen hebben. Hierop wordt ingegaan in regel 1–7.

1 Cum est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis, tum meminit
2 praeteritorum, praesentia cernit, futura praevideat. Iacet enim corpus dormientis ut mortui,
3 viget autem et vivit animus. Quod multo magis faciet post mortem, cum omnino corpore
4 excesserit. Itaque appropinquante morte multo est divinior. Nam id ipsum vident ei qui
5 sunt morbo gravi et mortifero affecti, instare mortem. Itaque eis occurrunt plerumque
6 imagines mortuorum, tumque vel maxime laudi student; eosque, qui secus quam decuit
7 vixerunt, peccatorum suorum tum maxime paenitet.

Vervolgens beschrijft Cicero de drie oorzaken waarom, volgens de Griekse filosoof Posidonius, mensen dromen onder goddelijke invloed:

8 Tribus modis censet deorum appulsu homines somniare. Uno, quod praevideat animus
9 ipse per sese, quippe qui deorum cognatione teneatur. Altero, quod plenus aër sit
10 immortalium animorum, in quibus tamquam insignitae notae veritatis appareant. Tertio,
11 quod ipsi dei cum dormientibus colloquantur.

Cicero, De Divinatione I, 64

regel 1	sevocare a losmaken van
regel 1 en 7	tum dan
regel 3	Quod = Et id. faciet Onderwerp animus.
regel 4	id ipsum juist dit <i>Wordt uitgewerkt in de a.c.i. instare mortem.</i> divinus in staat te voorspellen
regel 4–5	ei qui sunt t/m affecti <i>Onderwerp van vident.</i>
regel 6	tumque vel maxime laudi student en op dat moment maken zij zich meer dan ooit druk over hun roem bij het nageslacht
	secus quam anders dan
regel 7	vixerunt <i>Van vivere.</i>
regel 8	censet <i>Onderwerp Posidonius.</i> appulsus invloed
regel 8, 9, 11	quod + <i>coniunctivus</i> omdat
regel 9	cognatione teneri + <i>genitivus</i> verwant zijn met
regel 10	insignitus duidelijk
	nota teken

Einde